



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

IV. Confeßio super crimine coram iudice saeculari facta, clerico non praeiudicat: nec si aliquis pro suis exceßibus sit depositus, saeculari iudici est tradendus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

## CAP. III.

*Idem VVigornienſi & Norwicensi epiſcopis.*Diff. 19. In  
memoriam.Diff. 50. Si  
quis epi-  
ſcopus.

De ſacerdote qui literas noſtras falſavit, quas tibi miſſus diſcretioni veſtræ, &c. vt ſi inueniri poterit, omni officio ſacerdotis, & beneficio eccleſiaſtico perpetuo priuatum, in aliquod monaſterium diſtrictæ religionis detrudas: vt ibi tanti facinoris pœnas luens, ſe taliter deſeat commiſiſſe, & alii per hoc a ſimilibus valeant deterreri. Quod ſi aliquos de conſimilibus comprehendere poteris, ipſos arctiſſimæ cuſtodia, ſublato appellationis remedio, retrudas, donec inde apoſtolicum ſuſceperitis mandatum.

## CAP. IV.

*Idem Salernitano archiepiſcopo. Pars capituli, Licet præter.*Confefſio-  
nem coram  
ſeculari iu-  
dice factã,  
clerico non  
præiudi-  
care.Circa cleri-  
cos adulte-  
ros epiſco-  
pum poſſe  
diſpenſare.

At ſi clerici coram iudice ſeculari conuiçti fuerint vel confefſi de crimine, non propter hoc ab epiſcopo ſuo aliqua ſententia ſunt condemnandi. Sicut enim ſententia a non ſuo iudice lata non tenet, ita nec confefſio coram ipſo facta. Si vero coram epiſcopo de crimine in iure ſunt confefſi, ſeu legitima confefſione conuiçti, dummodo ſint talia crimina, propter quæ ſuſpendi debeant, vel deponi, non immerito ſunt a ſuis ordinibus deponendi, & ab altaris miniſterio perpetuo remouendi. De adulteriis & aliis criminibus quæ minora ſunt, poteſt epiſcopus cum ſuis clericis poſt peractam pœnitentiam diſpenſare, vt in ſuis ordinibus deſeruiant: ſed non debet quemlibet depoſitum pro ſuis exceſſibus iudici tradere ſeculari: quia ſuo functus eſt officio, non debet eum duplici contritione conterere.

CAP. V. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Porro ſi clericus alicui ſponte duellum obtulerit, vel ſi oblatum ſuſceperit, & victus fuerit ſiue victor, de rigore iuris merito eſt deponendus. Sed quantumcumque eius grauis in hac parte & enormis ſit exceſſus, euadere poteſt depoſitionis ſententiam, ſi cum ipſo ſuus epiſcopus miſericorditer duxerit diſpenſandum: dummodo ex illo duello homicidium, vel diminutio membrorum non ſit ſubſe-  
cuta.